



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Pacis Westphalicæ Publica

Oder Westphälische Friedens-Handlungen und Geschichte

Worinnen enthalten, was vom Anfang des Jahrs 1647. biß gegen Ende desselben zwischen Jhro Römisch-Kayserlichen Majestät, dann den Beyden Cronen Franckreich und Schweden, ingleichen des Heiligen Römischen Reichs Chur-Fürsten, Fürsten und Ständen, zu Oßnabrück und Münster gehandelt worden

Meiern, Johann Gottfried von

Hannover, 1735

VD18 90566467

§.XXVII. Formalia Conventionis zwischen den Kayserlichen und Chur-Brandenburgischen, über den Brandenburgischen Æquivalent-Punct.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52129](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52129)

1647.
Febr.Formula
Conventio-
nis, zwischen
den Kayser-
lichen und
Chur-
Branden-
burgischen

§. XXVII.

1647.
Febr.über den
Branden-
burgischen
Äquivalent-
Punct.

Endlich kam zwischen denen Kayserli-
chen und Chur-Brandenburgischen
Gesandten, die über den Äquivalent-
Punct vor Pommern bishero so miß-
sam in secreto behandelte Convention,
auf folgende Weise zu Stande, wie sub
N. I. zu ersehen:

N. I.

*Conventio inter Cesareanos & Brandenburgicos Legatos, super Äquipollenti pro-
cessa in Suecos Pomerania.*

Cum Serenissimus Dominus Elector Brandenburgicus, ad requisitio-
nem sibi nomine Cæsareæ Majestatis factam, meliusque promovendam Pa-
cem Universalem, consensum suum præstiterit, ut Regina & Corona Sue-
ciæ in partem suæ prætenste Satisfactionis, Citeriorem Pomeraniam unâ cum
Stetino, Gartzia & Insula Wollino nonnullisque aliis partibus, quæ ante-
hac ad Pomeraniam Posteriolem spectabant, retineant, juribusque suis re-
nunciaverit; conventum est, ut pro æquivalenti recompensatione eidem
Domino Electori, Ejusque posteris & successoribus heredibus masculis at-
que agnatis, statim ac Pax cum utraque Corona & Statibus Imperii compo-
sita ac confirmata fuerit, tradatur Episcopatus Halberstadiensis cum omni-
bus juribus, privilegiis, territoriis, ac bonis Secularibus & Ecclesiasticis,
quocumque nomine vocatis, in perpetuum & immediatum Imperii feu-
dum, constituaturque idem Elector statim in possessione ejusdem quietæ
& reali, eoque nomine Sessionem & Votum in Comitibus Imperii & Circulo
Inferioris Saxonie habeat. Quod vero ad statum Religionis honorumque
Ecclesiasticorum attinet, ea quidem in eo statu relinquuntur, quemadmo-
dum per Serenissimum Dominum Archi-Ducem LEOPOLDUM GUILIELMUM
inita cum Capitulo Cathedrali pactione ordinata fuerant, sed ita tamen, ut
nihilominus Episcopatus Serenissimo Electori Brandenburgico atque toti
Domui suæ hereditarius maneat, atque Capitulum nullum jus in eligendo
vel postulando vel etiam regimine Episcopatus reliquum sit, sed modo di-
ctus Dominus Elector ea potestate in hoc Episcopatu utatur, qua reliqui
Principes Imperii in suis territoriis utuntur.

Teneatur item Dominus Elector Comitem a Tättenbach in possessio-
ne Comitatus Rheinftein conservare, eidemque investituram a Domino Ar-
chi-Duce de consensu Capituli concessam, renovare.

Tum etiam Colonello Petro Jacobo, quinque mille septingentos qua-
draginta unum Imperiales, utpote quorum solutio dudum ab Archi-Duce
ex redditibus hujus Episcopatus destinata, sed ob turbatum ejus statum im-
pedita hæctenus fuit, dissolvere &c.

Similiter concedatur Domino Electori expectantia in Archi-Episco-
patum Magdeburgensem, ita quidem, ut quocumque eundem morte
aut cessione præsentis Administratoris Domini Augusti, Ducis Saxonie, va-
care contigerit, totus iste Archi-Episcopatus cum omnibus territoriis &
juribus, uti supra de Episcopatu Halberstadiensi dictum, Domino Electro-
ri Ejusve posteris & successoribus heredibus, masculis & agnatis, non ob-
stante ulla Electione aut Postulatione, interea temporis sive clam sive pa-
lam facta, tradatur & conferatur in feudum perpetuum, sitque Eidem vel
eisdem jus auctoritate propria vacantem apprehendere possessionem.

Inter.

1647.
Febr.

Interea autem teneatur Capitulum una cum Ordinibus & subditis di-
cti Archi-Episcopatus, statim conclusa Pace, Domino Electori prædicto &
toti Domui Electorali se sacramento fidelitatis & subjectionis in eventum
obstringere: de iis vero, quæ Civitatem Magdeburgensem concernunt,
postmodum agetur, & circa confectionem Instrumenti Pacis peculiari Arti-
culi providebitur.

1647.
Febr.

Ceterum, quod ad quatuor Dynastias seu Præfecturas Quersfurt,
Guterbock, Dama & Borckattinet, cum illæ dudum Serenissimo Domino
Electori Saxonie traditæ sint, in ejusdem quoque ditione permaneant in
perpetuum, ut tamen inde causata imminutio reddituum Cameralium, ad
mensam Archi-Episcopalem pertinentium, aliquatenus refarciatur, sæpe-
dicto Domino Electori Brandenburgico & Successoribus non solum statim
post conclusam Pacem, Præfectura Eglen, quæ alias ad Capitulum specta-
bat, & per Reginam Sueciæ Banerio ad dies vitæ donata fuerat, pleno ju-
re possidenda & fruenda tradatur, sed etiam facultas sit, obtenta Archi-E-
piscopatus possessione, quartam Canonicorum Cathedralium partem illis
decedentibus extinguendi, eorumque redditus Camera Archi-Episcopali
applicandi.

Tertio tradatur eidem Domino Electori Episcopatus Caminensis, in
feudum perpetuum ab Imperio tenendus, eodem plane jure & modo, ut
supra de Episcopatu Halberstadenfi dispositum est, observatis tamen con-
ditionibus cum Plenipotentiariis Succicis singulariter conventis.

In omnibus tamen his præcedentibus Episcopatibus maneat Augusta-
næ Confessionis Exercitium quale nunc ibi viger, nec minus locum habe-
ant ea, quæ in puncto Gravaminum inter utriusque Religionis Status &
Ordines Imperii transigentur & convenientur, quam in ceteris quoque
Domini Electoris Provinciis & terris hereditariis, prout etiam jam supra-
dicti Archi-Episcopatus & Episcopatus hereditario jure apud Dominum
Electorem atque Domum Suam Electoralem in perpetuum permanebunt.
Ratione tituli autem conventum, ut jam dictus Dominus Elector cum tota
Sua Domo Principes Archi-Episcopatus Magdeburgensis & reliquorum E-
piscopatum appellentur & scribantur. Denique etsi a Legatis Electorali-
bus postulatam ulterius fuerit, ut vel 120000. Imperiales Domino Electori
præstarentur, vel a futuris Imperii Collectis per decennium & solutione sti-
pendiorum militiæ eximeretur: cum tamen hoc in præjudicium & aggra-
vationem reliquorum Imperii Statuum redundet, ideo Cæsareani horum
nihil concedere possunt. Ut autem Dominus Elector Sacræ Cæsareæ Maje-
statis propensum in se animum & benevolentiam, præter jam dictas libera-
lissimas concessiones, magis re ipsa sentiat & agnoscat: Sua Majestas gratiam
ipsi faciet contributionum, quas ex Episcopatibus Brandenburg, Havel-
berg, Lebus, & bonis Teutonici Ordinis in Prussia, a pluribus jam annis
in hunc usque diem exsolvisse Imperio debebat. Acta & conventa sunt hæc
Osnabrugi die 19. Februarii Anno Domini 1647.

§. XXVIII.

Chur-Brandenburg er-
hält von den
Kaiserli-
chen Gesand-
ten die Verfi-
cherung, daß
demselben

Weil jedoch Chur-Brandenburg
über alles obige annoch das Stifft Min-
den prætendirt, um sonderlich einen
Paß über die Weser zu haben, und sich
dadurch dieses Strohmis zu versichern,
Bierdter Theil.

worauf der Chur-Fürst besonders sein Ab-
sehen gerichtet, und daher seine Gesand-
tschaft darauf in specie instruiret hatte:
Hingegen eines Theils die Catholischen
dieses Stifft noch immer zu behalten ver-
mey-

auch das
Stifft Min-
den cedirt
werden solle.